

et sagittis^o venissent^p, innumerabiles sustulentes lapides in eos ferocissime proiecerunt.

Videntes autem huiusmodi rabiem scribe sacerdotes⁸ et Pharisei congregati sunt in atrium principis Iudeorum, qui dicebatur Ionas, non proficientes autem in dolosis^q, in^q falsis consiliis, quomodo Iesum in suis membris non modo tenerent, sed statim interficerent et occiderent. Dicebant autem: „Faciamus^r hoc die festo, ut tumultus maior fiat in populo.“ Stantes autem Christiani foris in plateis viderunt duos Iudeos per medium eorum^s equitantes. Et^t insequentes eos cursu celeri clamabant et dicebant⁹: „Vere, vos ex illis estis. Nam effigies et habitus vestri manifestos vos faciunt.“ At illi negaverunt et dixerunt: „Nescimus, quid dicitis“, ostendentes eis^u coronas in capite noviter rasas, ut mentita et simulata iniquitate apparerent sacerdotes. Ista simulacione iniqua evaserunt manus Christianorum.

Et qui congregati¹⁰ fuerant^v in atrium principis Iudeorum, querebant, quomodo mortibus suis succurrentes Christianos occiderent, et defecerunt in consiliis suis^w, nam et ipsi sunt^x occisi^x. Dixerunt autem Christiani: „Scriptum¹¹ est enim: Percruciamus^y eos^y et dispergentur

o) saccis *P* p) venisset *P* q-q) dolo et *M*; dolosis et *P* r) ffaciamus *PL*
s) eos *P* t) fehlt *P* u) fehlt *P* v) fuerunt *P* w) eorum *P*
x-x) occisi sunt *P* y-y) percruciamus eos *M*; percutiam eos fortiter *P*

8) *Matth.* 26,3–5: Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi | in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Caiaphas / et consilium fecerunt ut Iesum dolo tenerent et occiderent / dicebant autem non in die festo | ne forte tumultus fieret in populo.

9) *Matth.* 26,69–74: Petrus vero sedebat foris in atrio | et accessit ad eum una ancilla dicens | et tu cum Iesu Galilaeo eras / at ille negavit coram omnibus dicens | nescio quid dicis / Exeunte autem illo ianuam vidit eum alia | et ait his qui erant ibi | et hic erat cum Iesu Nazareno / et iterum negavit cum iuramento | quia non novi hominem / et post pusillum accesserunt qui stabant et dixerunt Petro | vere et tu ex illis es | nam et loquella tua manifestum te facit.

10) *Abermals Matth.* 26,3–4: Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi | in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Caiaphas / et consilium fecerunt ut Iesum dolo tenerent et occiderent.

11) *Matth.* 26,31–34: Tunc dicit illis Iesus | omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte | Scriptum est enim | percutiam pastorem et dispergentur oves gregis / postquam autem resurrexero praecedam vos in Galilaeam / Respondens autem Petrus ait illi | et si omnes scandalizati fuerint in te | ego numquam scandalizabor / ait illi Iesus | amen dico tibi | quia in hac nocte antequam gallus cantet ter me negabis. *Hebr.* 11,37: lapidati sunt | secti sunt | temptati sunt | in occisione gladii mortui sunt | circummierunt in melotis | in pellibus caprinis | egentes angustiati afflicti. *Philipp.* 2,8: humiliavit semet ipsum factus obediens usque ad mortem | mortem autem crucis.